¶ Incipit prologus beati hieronimi preſ-
biteri in librum ioſue.

Tandem finito
pentateuco moyſi velut
grādi fenore liberati ad
hieſum filium naue ma-
num mittimus: quē he-
brei ioſue ben nun·id eſt
ioſue filium nun vocant
⁊ ad iudicum librum quem ſopthim appel
lant: ad ruth quoqꝫ ⁊ heſter quoſ hiiſdē no
minibus efferunt. Monemus ꝙ lectorem
vt ſiluam hebraicorum nominum·⁊ diſtin-
ctiones per membra diuiſas·diligens ſcri-
ptor conſeruet: ne ⁊ noſter labor ⁊ illius ſtu
dium pereat. Et vt imprimis quod ſepe te-
ſtatus ſum ſciat me non in reprehenſionē
veterum noua cudere ſicut amici mei crimi
nantur: ſed pro virili parte offerre lin-
guę meę hominibus quos tamē noſtra de-
lectant: vt pro grecorum hexaplis quę ⁊ ſū
ptu ⁊ labore maximo indigent·editionem
noſtram habeant. Et ſicubi in antiquorum
voluminū lectiōne dubitarint: hęc illis cō
ferentes inueniant quod requirunt. Maxi
me cum apud latinos tot ſint exemplaria
quot codiceſ. ⁊ vnuſquiſqꝫ pro arbitrio ſuo
vel addiderit vel ſubtraxerit quod ei viſum
eſt·⁊ vtiqꝫ non poſſit verum eſſe quod diſſo
nat. Unde ceſſet arcuato vulnere cōtra nos
inſurgere ſcorpius·⁊ ſanctum opus vene-
nata car pere lingua deſiſtat: vel ſuſcipiens
ſi placꝫ: vl' cōtēnes ſi diſplicꝫ: meminerit ꝙ il
lorū verſuū. Os tuū abūdauit malicia: ⁊ lin
gua tua concinabat dolos. Sedēs aduerſuꝫ
matris tuū loquebaris: ⁊ aduerſus filium
fratrm tuę ponebas ſcandalum: hęc feciſti
⁊ tacui. Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis
arguam te·⁊ ſtatuam illa contra faciem tuā
Quę enim audientis vel legentis vtilitas
eſt nos laborando ſudare·⁊ alios detrahē
do laborare: dolere iudęos ꝙ calumnian-
di eis ⁊ irridendi chriſtianos ſit oblata oc-
caſio·⁊ eccleſię homines id deſpicere·imo
lacerare vnde aduerſarij torqueantur? ꝙ ſi
vetus eis tantuꝫ interpretatō placet quę ⁊
mihi non diſplicet·⁊ nihil extra recipiendū
putant·cur ea quę ſub aſtericis ⁊ obelis vel
addita ſunt vel amputata·legunt ⁊ negli-
gunt? Quare danielem iuxta theodotōnis
trāſlatōnē eccleſię ſuſceperunt? Cur origie
nem mirantur ⁊ euſebiū pamphili: cunctas
editōnes ſimiliter differenteſ? Aut quę fuit
ſtulticia: poſtqꝫ vera dixerint proferre quę
falſa ſunt? Unde autem in nouo teſtamen-
to probare poterunt aſſumpta teſtimonia q̄
in libris veteribus non habentur? Hęc di
cimus·ne omnino calumniantibus tacere
videamur. Ceterum poſt ſanctę paulę dor-
mitionem cuius vita virtutis exemplum ē·
⁊ hos libros quos euſtochio virgini chriſti
negare non potui·decreuimus dum ſpiritꝰ
hos regit artus·prophetarum explanatio-
ni incumbere·⁊ omiſſum iam diu opus q̄ſi
quodam poſtliminio repetere: preſertim cū
⁊ ammirabilis ſanctus qꝫ vir pammachiuſ
hoc idem litteris flagitet·⁊ nos ad patriam
feſtinantes mortiferos ſyrenarum cantus
ſurda debeamus aure tranſire.

¶ Explicit prologus. Incipit argumētuꝫ.

IEſus filiuſ naue. ty
pum domini non ſolum in geſtis·
verum etiam in nomine gerens:
tranſit iordanem hoſtium regna ſubuertit·
diuidit terram victori populo·⁊ per ſingu-
las vrbes viculos·montes·flumina·torrē
tes atqꝫ confinia eccleſię cęleſtis qꝫ hieruſa
lem ſpiritualia regna deſcribit.

Adamātius. Donauit deꝰ nomen qđ ē ſup
oē nomen hieſu chriſto·hoc aūt eſt hieſus·Jō
in noīe ihū omne genu flectatur. cęl. t. ⁊ inf. Et
quia eſt ſuper omne nomen·nullis retro generatōnibus
nominatum eſt. In geneſi multos iuſtos legimus·ſ; nul
lus eorum nominatꝰ ē hieſus. In exodo hoc nomen pri
mum īuenio. vbi legitur·quia venit amalech ⁊ expugna
bat iſrabel. Et dixit moyſes ad ihesum in raphidim.
Elige tibi viros potentes ex oībus filijs iſrl'. Egredere ⁊
conflige cum amalech. Moyſes confitetur ſe non poſſe
exercitum ducere·non poſſe obtinere. quamuis cum edu
xerit de egipto. Uides cui bellum ceſſerit gerere·aduer-
ſuꝫ amalech. Hic primo nomē amalech ⁊ hieſu diſcimꝰ
vbi videmus eū ducē exercitus·nō cui moyſeſ induiſerit
principatum·ſed cui ceſſerit. Non poterat eligere viros
potentes. tu inquit elige tibi. Ubi ergo primuꝫ diſco no
men hieſu continuo myſterij video ſacramentuꝫ. Ducit
enim hieſus exercitum. et cum extolleret moyſes manus
inualeſcebat iſrabel. Cum autem deijceret: inualeſcebat
amalech. Tunc ergo inualeſcit hieſus ⁊ vincit quando
moyſes erigit manus. Uictus eſt autem populus ille ab
amalech: quia iam non erigebat manus moyſes: ſed erāt
demiſſę deorſum. Illi ſunt enim de quibus dicitur. Si
crederetis moyſi crederetis ⁊ mihi·⁊ ecce vultis me occi-
dere·qui legem nō facitis. Ceſſante enim lege·⁊ operibꝰ
legis apud illos qui ſuam iuſticiam volentes ſtatuere·iu
ſticię dei non ſunt ſubiecti·demiſſę ſunt manus moyſi·in
ualuit incredulitas·vincitur populus. Sed ⁊ nadab·⁊
abiud·⁊ eleazar relinquuntur in caſtris·⁊ iothor cū eis·
vt iudicent populum. Hieſus ſequitur moyſen in mon
tem cum quadam adiectione verbi mirabilis·dicitur eī
quia aſſiſtebat moyſi non vt ſcđs vel inferior·ſ; vt adiu
tor ⁊ protegens.

¶ Illud autem quale eſt ꝙ cum primo nominatur:
non indicatur nomen patris eius·neqꝫ ſecūdo·neqꝫ ter-
cio. Cum vero pater nominatur·non hieſus ſed oſee
dicitur. Inter exploratores enī nomen eius dicitur·⁊ for
te exploratoris officio·non hieſus ſed oſee dicitur ⁊ na
ue filius. Cum vero redit: ⁊ perterritis omnibus ſolus
deſperantem populum erigit hieſus dicitur·non naue
filius·ſed ille cui dictum erat. Educ exercitum·⁊ conflige
cum amalech.

¶ Illud quoqꝫ magnipendēdum eſt ꝙ cum in tranſfi
guratōne vultus moyſi omnium hebręorum hebetare-
tur aſpectus·nec poſſent intueri faciem eius·hieſus non
tantum facieꝫ intuetur·ſ; in interioribus tabernaculi my
ſteriorum conſcius perſeuerat. Liber ergo hic nō tam fi
lij geſta naue·qꝫ hieſu dei mei ſacramēta ſignificat. Ipſe
enim ducit exercitum·⁊ confligit contra amalech ⁊ quod
ibi adumbratꝰ manibꝰ extenſis affigit cruci ſuę triūphās

principatus ⁊ poteſtates in ſemetipſo.

¶ Defunctus ē moyſes, i. lex. lex enim ⁊ ꝓphete vſq; ad iohannē. Unde habent moyſen, i. legē ⁊ ꝓphetas a. i. Defūctꝰ ē ergo moiſes famulꝰ dei, i. lex ⁊ legalia ꝑcepta vnde. Mulier viuēte viro: alligata ē legi ⁊ adultera nominabit̃ ſi fuerit cū viro adultero ⁊c. Mulierē ſine dubio animā nominauit ꝗ ſub moyſi lege tenebat̃ ⁊ viuente viro alligata erat legi. Si autē mortuus fuerit vir eiꝰ i. lex absolutā dicit eā que ſubiecta eſſe videbat̃. Ideo neceſſe eſt legem mori· vt qui credūt ihesu: adulterij crimine non notentur. Ihesus ergo dominus meꝰ ſuſcipit principatū. Conferamus geſta moyſi cū principatu iheſu. Cum moyſes educeret populū de egipto: nullus ordo in populis· nulla in ſacerdotibus obſeruantia· trāſeunt aquā maris ſalſam· ⁊ nihil habētē dulcedinis. Murus erat aque dextra ⁊ leua. Cum vero iheſus meus ducit exercitū· ſacerdotes ꝓcedunt· archa teſtamēti in humeris portat̃ ſacerdotū· nō amare aque· nō ſalſus fluctus occurrit. Venio ad iordanem nō in ꝑturbatione metus ⁊ fuge· ſed cum ſacerdotibꝰ arcam domini portantibꝰ in qua lex dei ⁊ diuine littere ſeruant̃. Ingredior iordanē nō in furto· ſed in tubarū cantibus· myſticū quiddā ⁊ diuinum canētibus· vt ad ꝑdicationē tube celeſtis incedā. Ibi dictum ē ꝙ diuiſa ē aqua in duas ꝑtes· ⁊ vnus aꝗ murus erat a dextris alius a ſiniſtris· hic vero qui venit ſoluere mediū parietē· fecit vtraq; vnum. vna enim ꝑte erecta ē aqua· alia vero ꝑs defluxit in mare.

¶ Hic quoq; ait parate vobis cibos ad viam Hodie idē dicit chriſtus. Cibi enim oꝑa ſunt· que nos ad futuram vitam velut fidele viaticū comitant̃. Sed vnde iubet hos cibos parare· non habētes frumentū: Manna enī erat eis cibus. Sed cum tranſierimus fluminis huius ripas deſinet manna. Ideo ſi quiſq; nō parauerit ſibi cibos nō poterit ſequi iheſum terrā ꝓmiſſionis intrantem.

¶ Videamus quos fructus primum capiāt in terra ꝓmiſſionis. Manducauerūt inquit primū fructum de regione palmarū· ⁊ manducauerūt primū azima. Nobis enim mundi iter digreſſis· ſi recte ſequamur iheſum. prima occurrit palme victoria· ⁊ abiecto fermēto malicie ⁊ nequicie· azima nobis ſinceritatis ⁊ veritatis parant̃.

¶ Mittit tamē iheſus noſter exploratores ad hiericontinum regem· ⁊ ſuſcipiunt̃ a meretrice. Sed ideo ſuſcipit ne vltra ſit meretrix. Quelibet anima meretrix fuit dum viueret in deſiderijs carnis. Suſcepit ergo exploratores iheſu. i. angelos· quos mittit ante faciē ſuam: vt ꝑpararent viam· neq; in omnibꝰ locis· neq; in inferioribꝰ locat ſed in excelſis· quia nō in infimis ⁊ terrenis dominū iheſum ſuſcipimus· ſed a patre ꝓfectū· ⁊ de celeſtibꝰ veniētē.

¶ Nec ſtipulā lini in qua latuerūt· abſq; ſacramētis accipio. Eſt enim linū ſacerdotale indumentū· ꝑ qđ ſignificantur· ꝙ mutandi erant ad ſacerdotale faſtigiū. vnde Vos autē gens ſancta· regale ſacerdotiū vel ꝙ in ſacramento legis vbi de ſacerdotibꝰ annotat̃· populi huius q̇ eſt ex gentibus latebat occulta vocatio.

¶ Continuo inimicicias ſubdit meretrix aduerſus hiericontinū regem· q: caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum· ⁊ ſpiritus a. c. Unde odit vos mundus· quia me priorem veſtrū odio habuit. Eſt ergo rex inimicus hꝰ meretricis princeps· ſ. huius mūdi· qui inſequit̃ ⁊ occupare cupit exploratores iheſu· Sed nō poteſt: quia ꝑ montē iter faciunt: nō ꝑ humilia· nec in vallibꝰ delectant̃ quia hec meretrix dicit· leuaui oculos meos in mōtes. v. v. a. m. Nō poteſt illuc aſcendere princeps mūdi nec ꝑ excelſum iter ad hieſum ꝑuenire· quia ſi eum temptās ī excelſis locauerit dicit ei. Mitte te deorſum· quia humilia ſemꝑ eligit ⁊ caduca. In his ſedet ⁊ regnat· in quibꝰ etiam vſq; ad infernum deſcendit.

¶ Moyſes non dixit. Stet ſol· nec maximis impauit elementis. Iheſus vero ait. Stet ſol ſuꝑ gabaon· ⁊ luna ſuꝑ vallem elom· ⁊ adiecit ſcriptura q: nunq̃ ſic deꝰ audiuit hominē. Iheſus ergo meus ſolem ſtare fecit· nec tunc tantū· ſed multo magis in aduētu ſuo· dum pugnamus contra inimicos· ⁊ luctamur cōtra principes ⁊ poteſtates· ſol nobis iuſticie ſemꝑ aſſiſtit· nec deſerit· nec feſtinat occūbere. Ait enim. Ego vobiſcū ſum omnibus diebus. Nec ſolū duplicato die nobiſcū ē· ſed vſq; ad conſummationē ſeculi: donec obtineamus inimicos.

¶ Videamus etiam quid ꝓmittat iheſus militibꝰ ſuis. Omnis inquit locus quēcunq; ſubdideritis veſtigijs pedum veſtrorū veſter erit. hoc dixit illis qui tunc erāt de regionibꝰ chananeorū ⁊ ceterarū gentiū· quas expulſis indignis habitatoribus· hereditate poſſederūt. Sed ſunt quedā diabolice gentes· contra quas ē nobis ſpiritualis colluctatio· quantaſcūq; ex his pedibus noſtris ſubdiderimus: ipſarū regiones ꝓuincias ⁊ regna· iheſu meo diſtribuente capiemꝰ. Fuerunt enim aliquādo angeli· ⁊ in regno dei magnifici. vnde. Quomō cecidit lucifer qui mane oriebat̃: Si hunc vincere potuero· ſi meruero vt dominus meus iheſus conterat ſathanan ſub pedibus meis. ꝯſequenter accipiā locū eius in celis. Sed in hāc hereditatē nō oſcitantes ⁊ dormitātes intrabimus. Ira ſue gentis angelū habet· hāc niſi viceris in temetipſo· ⁊ abſcideris a te omnes motꝰ iracūdie ⁊ furoris· locū quē habuit ille angelus in hereditatē capere nō poteris· quia deſidia tua· eum de terra ꝓmiſſionis nō expuleris. Similiter ſuꝑbie zeli auaricie ⁊ libidinis incentores ſunt angeli· ⁊ inſtinctores horū malorū: quorum niſi in temetipſo vicia viceris· ⁊ de terra tua que iam ꝑ gratiam baptiſmi ſanctificata ē: exterminaueris· nullo mō plenitudinē ꝓmiſſe hereditatis accipies.

¶ Sub moiſe nō eſt dictum· q: ceſſauit terra a prelijs. Certū ē autē ꝙ terra noſtra in qua ſuſtinemꝰ certamina virtute ſolius iheſu ceſſabit a prelijs. Intra nos enim ſunt gentes viciorū· que animā iugiter oppugnāt. Inter nos ſunt chananei· pherezei· iebuſei. Laborandū eſt ergo ⁊ vigilandū· ⁊ multo tēpore ꝑſeuerandū· vt his gentibus fugatis· terra noſtra ceſſet a prelijs. Meditemur ergo in lege domini die ac nocte· hec enim meditatio· q̄ſi tuba animū tuum cōcitat ad ꝓlium· ne aduerſario vigilāte dormias. Ideo nec dies ſufficit ad meditādū· ſed ⁊ nox adiungit̃. Couertimī ergo in toto corde vr̄o ad deū Oratōi ⁊ verbo dei vacate. Quid ꝓdeſt ꝓ peccatis ieiunare· ⁊ iterum peccare: Quid ꝓdeſt lauari ⁊ iterū inquinari: Ieiunaſti aliquāto tēpore interim de egipto exiſti tranſiſti mare rubrum· ſecutus es moyſen· mandata· ſ. legis· ſed iam te a moyſe ſuſcepit iheſus· qui ſecūdo circumcidat in colle ꝑputiorū. Circūcidendus ergo tibi eſt non modo ydolorū cultus quē prius abieciſti: ſed etiā auaricia que ē ydolorū ſubtilior cultus. Unde iheſus ait· hodie abſtuli a vobis opprobrium egipti· dum peccamus· ⁊ regnāt in vobis vicia paſſionū· quāuis relictis ydolis de egipto exiſſe videamur· opprobriū tamē egipti· non ē ablatū a nobis. Si vero ſecūdo fueris circunciſus· abſcideris a te omne viciū ire· ſuꝑbie· inuidie· libidinis· ⁊ huiuſmodi: abſtergent̃ opprobria egipti· ⁊ tranſlatus in terram ꝓmiſſionis· celeſtē hereditatem accipies· ꝑ iheſum chriſtum dominum noſtrum.